





LXXXVIII.

83

# IN SECUNDAS NU- PTIAS

*Viri prudentiâ, doctrinâ ac rerum usu  
spectatissimi.*

Dn. VALENTINI DALI-  
CHOU Senatoris & Civitati VVittenber-  
gensii ab Actis publicis,

Cum

*Ornatissimâ Virgine,*

## ELISABETHA,

*Amplissimi ac Consultissimi Viri*

Dn. MICHAELIS LEDERERI  
J. U. D. celeberrimi & Scabinatus Asses-  
soris &c.

*Filiâ ad d. XXII. Maij anni cl. 15 CXXXVII.  
celebratas.*

VOTIVÆ BENEVOLORUM AMICO-  
rumque gratulationes.

WITTEBERGÆ

Typis AMBROSI ROTHI, Acad. Typogr.  
Anno M DC XXXVII.

XXXXXX

IN SECUNDAS IN-

ORDINE PICTAS

AD VITAM ET MORTALITATEM

CONFUSAM VITAM

D. V. ALBENITI DALI

CHON SEU STOICÆ CIVITATIS VITÆCOPENIA

SCVLPIA AGATHOPOLIS

CARTA

GRANATILLIÆ VITÆ

EPISTOLÆ HABITÆ

SCVLPIA AGATHOPOLIS

D. MICHAELIS HERERI

L. D. CESTERIANÆ SCVLPIAE

TOPOGRAPHIA

GRANATILLIÆ VITÆ

SCVLPIA AGATHOPOLIS

VOTIVÆ BENVOI ORNAMENTA

SCVLPIA AGATHOPOLIS

MILLEBRIGA

TABLA AGRICOLA ROTTENS ACER TALIS

SCVLPIA AGATHOPOLIS



Viro Amplissimo Prudentissimo  
Dn. VALENTINO DALICHO-  
VIO Reip. Wittebergenſi Consilijs & Actis,  
de Sponsa Bonâ gratulatur,

(Allud. ad id Greg. Nazianzeni,  
in sermone εἰς τὸν ἐαυτὸν πατέρα ἐπιταφίῳ.

**G**υνίνα μὴ αὐδεῖαν τῆς ἑυρήσεως; τῆς θείας ἡκάστη  
λεγόσης γραφῆς καὶ τὸ δῶρον Θεόθεν εἶναι, τὸν α-  
γαθὴν φέρει τὰ κυρία συζυγίαν ἀξμόζεθαι. τὸ δ'  
αὐτὸν δοκεῖ καὶ τοῖς ἔξωθεν, εἴπερ ἐκείνων τὸ γυναικὸς  
ἀνὴρ χεῖμ' ὅδὲν ληίζεται καλλιονέθλης. ὅδὲ χεῖρν τῆς  
ἐναντίας. Mulierem fortē quis inveniet & inquit sa-  
cra Scriptura, itemque bonum matrimonium non  
aliter quād Dei munere ac beneficio concinnari  
testatur. Quād in sententiā protani quoque Scrip-  
tores fuerunt. Illorum siquidem hoc dictum est,  
Nullam BONA uxore meliorem possessionem vi-  
to obvenire posse, nec rursus perniciōrem.  
IMPROBA.)

Nil uxore BONA melius, par nulla voluptas,

Conjuge nec peior pestis in orbe MALA.

Illa Charis tota est, Paradisi surculus illa est,

Hec una ex Furijs, hac Stygenata lues.

Ergo tibi nuptiam, DALICOVI, gratulor aptam,

Et post hæc celi gaudia summa precor.

Paulus Röberus D.

A 2

Luxisti

**L**Uxisti meritò, **D**alichovi, uxoris acerba  
Amissæ fata, ast metam, sinemque dolori  
Rectè etiam ponis, concessaque gaudia captas,  
Dum vacuum in thalamum ingreditur nunc lecia  
Puella.

Conjugium istud sit felix, atque omnia, quæ Tu  
Quæq; Tua, exoprat, Vobis det Jhova benignus.

*Daniel Sennertus D.*

**A**ltera dum, statuende Deo, tibi dicitur uxor,  
Sponse, precor: thalami fædera Jovabees  
Neu dolor, acre malum, seros male turbet amores,  
Neu careat nivea prospexitate thornus.  
Conjuge cum stabili ut virius valensq; superstes,  
Vestra domus nullis stet violata malis.  
Et hea sedata Libet brides ocia vita  
Nobis dent, vestro & fata serena thoro.

*Johan. Georgius Pels-  
hofer, D.*

**F**oedera dum renovas DALICHOE gamelia  
faustè;  
Intrat & in thalamum casta puella tuum:  
Gratulor ex animo, Sint foedera ritè secunda.  
Sit, voveo, hæc Corio grata CORINNA tuo.

*M. Erasmus Schmidt.  
Grac. & Matb. Prof.  
Hac*

**H**ec, quæ secunda fancis,  
Ult vota sint secunda,  
Et usque quaq; currant  
Ex utrilibusque voto,  
Vox eorum pro corq; spose.

Augustus Buchnerus.

**C**um Mars tentaret Witebergam everttere, telis  
Debellavit Amor pectora bina suis.  
Scin' quæ Dalichium signo, signoque puellam  
Ortam Lederi languine caudici.  
Dicite devictis, ut vincant quæ mala surgunt,  
Victorum & dupli ci nomina jure gerant.

M. Mart. Caselius  
Fac. Pbil. Adj.

**P**onamus egris, DALICHOVE, lacrimis  
Modum: sat ciulatus datum improbo.  
Num quid gememus, donec omnes exedat  
Artus dolorque sevus & luctus miser?  
Non execrando stete patriæ sufficit  
Casus? an ipsa funera geminabimus  
Germaniq; publica & quæ nostra sunt?  
Remove cupressos stabiles sit in nigris  
Jacuisse squalidisq; sordibus satis:  
Quæ possit instaurare rupti fœdera  
Tori, astat, ecce, novumq; dulci murmure  
Ambit maritum, mille spondens graudia.  
Qualis pudica turtur os circumgemit  
Viri, remiscens vota pleno gutture.

A 3

Amico,

*Amice, sic te tuaque rerum Conditor  
Felicitatis aure & imbris omnibus  
Perfundat, irrigetq; multo nectare,  
Ut ELISABETHA, dulce nomen, est tua.*

M. Joh. Ericus Ostermanus,  
Coll. phil. Adjunctus.

## SPONSA INDUCITUR.

*E*LISABETHA, novo hoc nibil exturbata tumultu  
Qui patrios diro fulmine sternit agros,  
In sponsi pergo thalamos est nubere dulce,  
Ac licita in tantis illa medela malis.  
Quis culpet, virgo si, quo magis esse beatæ  
Detur, in alterius migro petita domos ?  
Non ea vis nostra est possit quæ spernere amores,  
Atque cupidineas pertolerare faces.  
Fortibus illa viris linquantur bella, petitæ  
Nos demus facili colla premenda jugo.  
Ergo veni DALICHOVE, mcipars maxima cordis,  
Quoque mihi solo gaudia læta fluunt.  
Tardus in amplexus quid cessas? perdimus omnes  
Quod vacuum sinimus tempus abire jocis.  
Sit Deus interea nobis in amore secundus  
Quæque vovent alij cuncta venire sinat!

*M. Jobannes Reineccius  
Coll. phil. adjunctus.*

*Q*uas jam Dalicho, nuptias secundas  
Ritu concelebras honestiori,  
Summis gratia Numinis secundas

*Alig.*

*Atq; omni cumulet beatitate.  
Vobis carmine liberaliori  
Gratarer meritò lubensq; tadas,  
Vir Clarissime & Elegans puella,  
Sea fatalia Martij furoris  
Ebeu! carmina copiosiores  
Vobis scribere denegant Phaleucos.*

M. Michael Schneider Collegij  
Philosophici Adjunctus.

*O Mnia dum bellis nunc ardent, omnia susq;  
Deque ruunt, finem mox habitura suum.  
Sic moderante Dco, sacrata Hymenia lecti  
Virgine cum castâ fundere, Sponse, Icupis.  
Desuper Ipse Deus vistro benedicat amori,  
Et jubeat fausto sidere abire thorum.*

M. Andreas Sennertus, Colleg.  
Pbilosoph. Adj.

*T'ristes sunt stelle, sol quando absconditur orbe,  
Effulgente suâ Lunag; luce caret.  
Sic dum sponse tuus Titan descenderat olim  
Hinc miserandus erat luctus in ore tuo,  
M: dibus in totis nec lux tunc clara micabat,  
Obscuris tenebris condita queq; fere  
Sed roseus nunc rite redit post nubila Phœbus  
Tristia, dum constans sponsa parat atibi,  
Quæ precibus flectat numen, quæ mitiget omnes  
In somnes curas, quæ recreet sobolem.  
Tu felix igitur, tu terq; quaterq; beatus,  
Quod thalamo sociam discis habere piam,  
Ad sint conjugio fausto nunc prospera fata,  
Sit quoq; fœcundus nec sine prole torus.*

Hec



Hec precor, bac noveo, velit alti rector olympi  
Hisce pijs votis pordus inesse meis.

ex animo gratul. appropcrabat

Michael Lederer.

**S**ponse suo quem lacte Themis quem nectare payit,  
Et pasto studijs jussit adesse meis.  
Pelerit Oceanum Tibi lux, roscasq; quadrigas  
Quem vehitur, medio flectit agitus polo.  
Lux, quâ teste tibi se jungit virgo, manere  
Tecum hîc, & tecum virgo parata mori.  
Ipse maritali redimitus tempora flore  
Ingrêderis Sponsæ latus amore novæ.  
Quaque infers gressus hauris pia vota: serenas  
Cum Sponsâ & longas viue marite Dies.  
Non aliud mihi corde fuit votum: Ergo serenas  
Cum Sposâ & longas transige in orbis dies.

M. Jacobus Amberger.

**N**onne vides Patriæ longè fumantia testa  
DALLICO, qua passum Martia flamma vorat?  
Non tristis rerum facies non horrida bella  
Evitare jubent vincula conjugij?  
Sed bene! Mens constans terretur fulmine nullò  
Fortuna, vulgus quod trepidare facit,  
Nec didicit pinci Fortuna verus Amoris  
Ignis, sed semper vincere queq; solet.  
Apprecor, ut belli qui tempore colla dedisti  
Conjugio, post bac pace fruare bonâ;  
Uli miseræ Patriæ, quo jam viduata colonii.  
Incola post vestris ex thalamis veniat.

Paulus Schroter Lipsiensis.

Si

**S**i quis aut æstu premitur febrili,  
Aut quid attraxit gelidi veneni,  
Aut grayi sacrum properando in hostem  
Saucius haſta eſt.

**C**onfugit Machaonias repente  
Ad manus, quæritque suo salutis  
Corpori forte auxilium ac medelam  
Aeger Anhelus.

**S**ic quoque insignis DALICHOV, colendum  
Maxime Nomen mihi, sentit æstus,  
Non quidem febris, sed amoris æstus.  
Nec minus acres.

**I**ctus & mucrone potentiori,  
Quam vel hostili jaculo, vel arcu  
Si foret tactus. Levis haud medela hæc  
Vulnera sanat.

**D**umque per totam peragravit urbem,  
Quæritans, si quam reperiret artem,  
Quæ medereturque sibi, suosque ex-  
tingueret ignes.

**E**cce fit voti reus, atque præsens  
(Sic putat) manciscitur ad salutem  
Pharmacon, latusque animi arbitratur  
Omnia salva.

**S**ed simul succos adhibet medentes,  
Uritur mox insolitis novisque  
Ignibus, tentatque magis magisque  
Pectora tabes,

B E

Ettamen curatur hic ipse morbo  
Morbus, & (quis crederet?) ipso ab æstu  
Sanitas vires capit, ac lenatur

Aeger ab ægrô.

Sic tuæ possis utinam diu ipse  
Artifex vitæ veluti Galenus  
Esse: felix conjugæ copulatâ &

Prole futurâ!

Andreas Corvinus Hon-  
borgo Halbestad.

**F**inibus à nostris Pax exulat aurea longè  
Finibus in nostris, Gens rabiosa furit.  
Ast non discedit jucunda libido, Cupido;  
Sed quoq; nunc inter Bella cruenta manet.  
Inter tot luctus & tot discrimina rerum,  
Quod dictu mirum, castra cupido tenet.  
Excitat & bella hic sed quanam bella? Labella.  
Haud urbes rapit, ast virginitatis opes.  
Hoc monstrant nobis DALICHOVI vota secunda  
Qui jam Conjugij fædera sancta subit.

ELISABETHA tibi, Sponse, est pulcherrima virgo.

Hæc poterit plenè Corsatiare tuum.

Hanc ornat Pietas, curarum dulce levamen,

Lausq; pudicitiae est, altera pars animæ.

In cruce Solamen, nec non tibi pulchra corona,

Sit quoq; Sponse tibi hæc, Inclita Sponsa, precor.

Honoris & boni ominis

ergo ita gratulatur

David Seyffert. Lips.

SS. Theol. Stud.

Omnia

**O**mnia nunc squalent, nunc deformissimus  
annus  
durus & in cultis sentibus horret ager.  
**O**mnia nuuc mærent, nunc est tristissimus annus,  
Omibus & resonat moesta querela locis.  
**M**ars furit atq; simul lævus fremit orbis & orcus,  
Morsq; famesque suas convocat atra minas,  
**N**il intentatum sceleris, nil impij inausum  
Linquitur, est mundus nil nisi triste nefas.  
**I**pso homine in terris nihil infelicius usquam est,  
Et premium vitæ bestia majus habet,  
**Q**uæ mala non digno poterit deplangere versu,  
Sive sit is doctus Naso vel ipse Maro?  
**N**ec dubitas hominum quo nō prudentior alter  
docte hospes tædis invigilare novis!  
**A**nnon par fuerat misero indulgere dolori?  
Annon par patriæ funera fleret uæ?  
**S**ed neq; mollis amor te urit, neq; cypridos ignes,  
Nec mala vesanæ gaudia mentis habes.  
**U**tile non homini est (superi sunt verba parentis)  
In solo exortem conjugis esse loco  
**H**is animum incensus, vultu nunc despicias alto:  
Mars licet & stygius territet orbe deus.

B 2 Adde



Adde quod in curæ conjux sorte in atque laboris  
Jungitur, ipsa viri quo ferat æqua jugis,  
ergo nos illud FELICITER: atq; vovemus,  
Sint optata tui vota secunda thori.

Hæc gratulabundis scribebat.

Lucas Leo.

Dum Mars bellator fervens hinc inde per orbē  
Armis grassatur, spargit quoq; bella nefanda  
Temporibus nostris, Vulcano consecrat urbes,  
Dum ferunt sensus nostros sclopeta tenellos:  
Ecce ædes nostras Spofus DALICHOVIUS intrat.  
Læticia que novæ nobis jam semina spargit,  
dum sibi dilectam sociali fœdere jungit.  
Profectò miror; sic & concludere cogor,  
Quod gerat astutè parvus sua bella Cupido.  
Gratulor idcirco vobis jam pedore toto.  
Ac simul ex opto, vivatis Nestoris annos.  
Conjugij vestri nunc principium esto beatum.  
Conjugij felix medium, quoque terminus esto.

honoris & observantie  
ergo f.

Christianus Lederus  
VVitteberg.  
Quando.

**Q**uandoquidem percare parens, quæ cuncta gubernat,  
Quæque haud effugias, fata Deusque volunt.  
Ut postquam vitam posuit cœlog, recepta est.

Prima parens, faceres pacta secundatori.  
Sit, precor, hoc felix cœptum, superique secundent,  
Et vobis semper prospera cuncta fluant:  
Ut, vestro foti gremio recteque educati  
Vos bene possimus dulce levare senes.

ita parenti charissimo  
vovebat.

VVoffgangus Samuel Dalichuo.

---

**E**As leichte Federvolk schwingt sich nach aller  
Kraft/  
Mit dem Saturnus Heer zu machen Nachbars  
schafft:  
Nachdem der alte Greiß der Winter sich geleget/  
Der durch sein rauche Haut diß zart Geschlecht bewege/  
Zu weichen jekunde nun regieren in der Lüfft/  
Die sonst gefangen hielte/ der Felsen schwarze Klufft.  
Solt den stets frewdlos seyn/ vnd sich nicht einst erschwingt/  
Daz noch mehr werthe Volk/ welchs kan die Feder  
zwingt?  
Dies wer mehr als zu schwer; Clio gibt diß nicht zue/  
Daz durch des Todes macht/ die Feder fallen thue.  
Ist das Papier zu schwach, das Schöpsfell wil nicht tauren?

W ij

So

Sosag ich Leder hest/ drumb darff kein Feder trawren/  
Weil noch mehr Mittel sein/diß wußt Herr Bräutigam auch;  
Der ist der Schrifft gewiß/ Er weiß des Leders brauch/  
Wie man drauff schreiben muß/ weil Er schon mehr geschriesben/  
Daz noch zu sehen ist; hat Ers dann mehr getrieben/  
So darff Er keinen rath/ Er weiß es selber wol  
Wie man nach Schreiber art/ die Feder führen sol/  
Nun helfß der Götter macht / daz man mög können lesen/  
Noch vor des Jahres frist/ was sey Vorschrifft gewesen.

Aus Brüderlich wolmeinen  
hingeschrieben  
von

Æ. S.

Leich wie Phönix das Wunder  
Aller Vogel/ wenn er sich  
Aus der Aschen herunder  
Schwinget/ weißlich/ wunderlich.  
Nicht die Nachtigall allein/  
Singt Ihn an das giebet schall;  
Sondern auch das Zschesscherlein  
In den Wäldern überall  
Zwischert auch denselben an  
Und lobet den Neuen Herrn  
So gut es nur loben kan  
Singt Ihn auch ein Lied zu Ehren.


50

So kom ich Herr Bräutigam  
Bin vndüchtiger Poet  
Und wünsche so viel ich kan  
An der Hochzeitlichen Städte  
Dass Ihr mögt in Frieden leb'n  
Ohne Leid vnd Ewigkeit  
In Gesundheit Ewer pfleg'n  
Euch allen vnd vns zur Frewd.

Christoph Lederer  
von Wittenbergk.

E N D E.





Cl 1926




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindemeister  
Merseburg a. S.


VDA



# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



XIII.  
AS Nu-  
S ac rerum us  
NI DALI-  
itati VVittenber-  
gine  
ΓHA,  
ltissimi Viri  
LEDERERI  
abinatus Alles-  
i clo lo CXXXVII.  
RUM AMICO-  
nies.  
Æ,  
, Acad. Typogr.  
XVII.